

que remedia; tum ad studium eius continuandum motiua; tum signa eiusdem atque indicia, exacte descripta inuenies.

Iam vero ad ipsam officiorum christianorum, quorum custodiam christiana urget sanctitas, scientiam studiose elaborandam se accingit b. AVCTOR: atque PARTEM SECUNDAM THEOLOGIAE MORALIS *christianorum officii in statu naturali, seu quatenus sine societate civili, et societatibus minoribus, quibus illa constituitur, considerantur, consecrat.* Ante omnia actionum hominis regeniti norma fuit inuestiganda, ut principium euidens, certum atque completum, haec cognoscendi officia constaret: quod etiam CAPITE I. factum esse legimus: utpote quod agit *de norma actionum hominis regeniti.* Lex scilicet naturalis, quippe diuina, adiunctis legibus euangelicis, quarum differentia ab illa simul innuitur, sanctitatis pronunciat *christia-*